homo fieret qui hominem fecit. Crearetur ex matre
quam creauit. Portaretur manibus quas formauit.
Sugerat uberae quae impleuit; In praesepi mutae uagi
ret infantia. Verbum sine quo mutae est humanae elo
quentia. Vide homo quid pro te factus est. dr. doctrinam
tandem humilitatis agnosce et iam immundum loquen
te doctore. Tu quondam in paradiso tam fecundus fuis
ti ut omni animae uiuae nomen imponeres. Propter
te autem creator tuus infans iacebat et nomine suo
nec matrem uocabat; Tu in altissimo fructuosorum
nemorum praedio te perdidisti oboedientiam neglegen
do ille oboediens in angustissimum diuersorium mor
talis uenit ut mortuum quaereret moriendo;
Tu cum esses homo dr esse uoluisti ut perires; Ille cum
esset dr homo esse uoluit ut quod perierat inue
niret. Tantum te praeesit humana superbia ut te
non possit nisi humilitas sublevare diuina;
Caelebremus ergo cum gaudio diem quo peperit
maria xpm; et coniugata coniugii creatorem.
et uirgo uirginum principem et data marito et ma
ter. non de marito sed castior quam si de marito;
Virgo ante coniugium. uirgo in coniugio. uirgo
pregnans. uirgo lactans. Scae quippe matri
omnipotens filius nullo modo uirginitatem

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weiterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1556/0040